Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 24 (137)

Franciscus somalia Comes etc. Memores Galeazium de Cauatijs dilectum nostrum superioribus annis priuatum fuisse per Ill.^rem Comitem Joannem Antonium genitorem nostrum Molendino dicti Galeatij constructo super Flumine Brambiolo: Memores quoque propter benemerita dicti Galeatij in nos. Vt ipse Galeaz sentiret animum nostrum erga eum gratum, et eidem Galeatio sugereremus materiam perseuerandi in seruitijs nostris: eidem Concessimus Preturam loci nostri Mirabelli cum honoribus et vtilitatibus dicti offitij: Verum cum in locatione per nos superioribus annis facta Bernardino de vulpis et Consortibus de bonis Mirabelli eisdem locatis Concesserimus etiam Preturam ipsam eidem Galeatio concessam non vt priuaremus dictum Galeatium comodo et beneficio dicti offitij nec vt litteras suas infringeremus sed solummodo quia dictus Bernardinus et consortes dicta bona non Conduxissent nisi cum dicta Pretura: et ipse Galeaz vbi ipsa Pretura fuisset sua propria pro explorato heimus eo in casu concessuram fuisse et quia non intendimus que facta sunt pro comodo nostro afferant facturam dicto Galeatio nec alicui alij: quare Tenore Presentium et ex nostra scientia et motu proprio eidem Galeatio loco et scontro dictorum Molendini et Preture damus et Concedimus infrascriptas petias terre videlicet petiam vnam terre appellatam la Mortiza sita in territorio Castrinoui de Ronchalia cui choeret a duabus partibus bona castrinoui et in parte Antonij et fratris de la Belorma in parte her. Luce de Badis et in parte her. Albertinazi de Nigrombus et in parte Bernardi Buffi et ab alia bona Triuultiorum pert. L^ta vel circa que petia terre quanta est confiniat cum Flumine Anchone. Item petiam vnam terre vbi dicitur al Lambrazo cui choeret ab vna parte Comitis Camilli de la somalia ab alia bona Triuultiorum et ab alijs duabus partibus bona castrinoui mediante Guardalobia ab alia rugia Marchesine et est pert. sexaginta quinque vel circa. Item petiam vnam terre vbi dicitur ad la casa da Codogno cui choeret ab vna parte bona comitis Cotognij ab alia bona castrinoui ab alia rugia Marchesine ab alia bona Triuultiorum et est pert. — — vel circa Item petiam vnam terre vbi dicitur al sedumo de Polinazo cui choeret a tribus partibus bona Comitis Francisci ab alia strata castrinoui et est pert. vel circa Ad vsufruendum tantum citra tamen translatione alicuius dominij donec eidem Galeatio restitutum fuerit dictum Molendinum vel aliam proprietatem loco dicti Molendini quo casu volumus dictas petias terre ad nos reuerti sed fructus medio tempore recepti per dictum Galeatium sint sui et vbi restitutum fuerit dictum molendinum ipse Galeaz teneatur restituere dicta bona. offitium vero ipsius Preture vel ea bona que loco ipsius Preture eidem Galeatio data sunt: sint vel ipsum offitium Preture sit ipsius Galeatij ad nostri beneplacitum Mandantes quibuscumque fictabilibus massarijs siue colonis dicta bona tenentibus quatenus se inuestiant a dicto Galeazio de dictis bonis et de eorum fructibus eidem respondeant In quorum testimonium presentes fieri iussimus nostrique sigilli impressione muniri et manu nostra propria subscripsimus Datum Mediolani die primo Iullij M^o quingen^mo vigesimo — —

Franciscus

Hier. Puiorgia

P 1520 - 1° Julij -

he patentes Ill. Ill. Co. Franci Sonalie, preturam
Mirabelli dantes simul cum quibusdam terris
Galeatio de cauatijs.

L

1520 1/VII

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 24 (137)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1881117391-19/fragment/page=0002